

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 50. Alia eorumdem Præsulum epistola ad omnes Franciæ  
Archiepiscopos contra Jansenistas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

Sæc. XVII.  
A.C. 1654.

§. L.

*Alia eorumdem Præfulum epistola  
omnes Franciæ Archiepiscopos &  
Episcopos contra Janse-  
nistas.*

*Argentrel.c.* Eodem tempore præfati Præfules  
*Hist. cinq.* omnes Franciæ Archiepiscopos  
*prop. l. 2.* Episcopos adversus Jansenistarum suorum  
*Recueil Hist.* terfugia epistolam encyclicam dederunt  
*ann. II. ex* hujus tenoris:  
*Bibl. Sorb.*

*CARDINALES, ARCHIEPISCOPI  
ET EPISCOPI PARISIIS AGEN-  
TES: SALUTEM IN CHRISTO  
ET FELICITATEM.*

„Quod B. quondam Augustino,  
„aliis Concilii Carthaginensis & Milesio  
„tani Patribus, magnis illis Divinis  
„gratiæ Defensoribus, assertoribusque  
„contigit, idem nunc prorsus evenit  
„nobis videtur. Sperabant illi, la-  
„frustra, post librum quemdam, cuius  
„auctor Scriptorque fuerat Pelagius  
„ab Innocentio I. Papa anathematizatus,  
„tum, & damnatum Pelagianos non  
„ausuros ulterius de gratia illa perver-  
„& perniciosa sentiendo loquendoque  
„pectoris fidelia & simpliciter Christiani  
„turbare, sed tanti Præfulis autho-  
„tati cessuros. Et spes quoque no-

“en-

„erat, homines eos, qui se Cornelii Sæc. XVII.  
 „Jansenii Episcopi Ypresis amatores, A.C. 1654.  
 „sectatoresque profitentur, post ejus  
 „ab Innocentio X. anathematizatas, &  
 „damnatas quinque opiniones desituros  
 „tandem ab omni motu, atque cum  
 „suo ille decreto imperasset ventis, fu-  
 „turam in Ecclesia tranquillitatem ma-  
 „gnam, sed contra plane, quam expe-  
 „ctatum a nobis fuerat, accidit, mira-  
 „rique satis non possumus, post æquissi-  
 „mam Sanctissimamque Constitutionem  
 „illam, qua Beatusimus Pater Inno-  
 „centius X. prædictas quinque Propo-  
 „sitiones damnavit, & iis quidem ver-  
 „bis, quibus nihil dici potest expref-  
 „sarius, nihil clarus, homines illos af-  
 „firmare, imo & persuadere aliis velle  
 „res duas vanas & omnino inanes: al-  
 „teram, quinque illas propositiones non  
 „esse Jansenii: alteram, damnatas esse  
 „eo sensu, qui ad Jansenium nihil per-  
 „tineat. Potest enim quicquam esse  
 „absurdius, quam tueri id velle, cui  
 „refellendo revincendoque nihil opus  
 „sit rationibus, nihil disquisitione etiam  
 „mediocre aut levi, sed sola Pontificiae  
 „Constitutionis, quæ per seipsum rem  
 „totam aperte dirimit, lectione? Et  
 „quidem cum ejusmodi sint duæ res  
 „illæ, ut multis videri possint ipsa per  
 „se & sponte sua ruituræ, atque adeo

K 3

„sper-

Sæc. XVII. „spernendæ prorsus & negligendæ: no  
 A.C. 1654. „bis tamen, quibus compertum est  
 „eas ignorantibus, infirmisque nouis pa-  
 „cis esse offendiculo, quibusque pro-  
 „muneris nostri ratione id præsertim in-  
 „cumbit, ut tollamus omnia scandala  
 „de Regno Dei, visum fuit, occures-  
 „dum esse huic malo, comprimentum  
 „que mature hoc virus, quod jam al-  
 „quos occupavit. Quod ut fieret ac  
 „curatius, & pro ea, qua par erat  
 „gravitate, dignitateque, quotquot  
 „hac urbe Regni primaria negotiorum  
 „Ecclesiasticorum caussa suimus Car-  
 „dinales, Archiepiscopi, Episcopi, col-  
 „lecti in unum censuimus, hoc, quid  
 „quid est rei, committendum esse co-  
 „ræ ac diligentiae Illustrissimorum Re-  
 „verendissimorum Fratrum nostrorum  
 „Archiepiscoporum Turonensis, Ebro-  
 „dunensis, Rothomagensis, Tolosan-  
 „& Episcoporum Eduensis, Montalbu-  
 „nensis, Rhedonensis, & Carnotensis  
 „Sic tamen, ut quidquid inter se ip-  
 „legissent, observassent, sensissent, re-  
 „ferrent ad nos. Lis vero ex ipsa Con-  
 „stitutionis lectione, atque insuper ei-  
 „opere Janseniano, quod etiam qua-  
 „tum ad quinque illas Propositiones ad-  
 „tinet, studiose legerunt, expenderunt  
 „que (quamquam sola per se ad id ful-  
 „ficiat Constitutio) manifestum & per-  
 „spectum

„spectum fuit, illas quinque proposi- Sæc. XVII.  
„tiones vere esse Jansenii, & damnatas A.C. 1654.  
„esse in vero ac proprio verborum sensu,  
„& eo plane, quo a Jansenio tradun-  
„tur & explicantur. Atque cum id  
„ipſi ad nos, scilicet in unum rursus  
„congregatos, retulissent, & a nobis  
„quoque idem cognitum & exploratum  
„fuisset, declaravimus, & hoc nostro  
„judicio declaramus, rem plane ita se-  
„habere, & nullum dubitandi esse lo-  
„cum. Quare & eos, qui quinque il-  
„las propositiones tuerunt, aut pro-  
„bant, vere esse ex eorum numero,  
„quos Innocentius X. sua illa in Con-  
„stitutione vocat contradictores & re-  
„belles, & quos vult a Patriarchis,  
„Archiepiscopis & Episcopis per censu-  
„ras & pœnas contra hæreticos, & eo-  
„rum sautores in jure expressas, cæte-  
„raque juris & facti remedia opportu-  
„na, invocato etiam ad hoc, si opus  
„fuerit, auxilio brachii sæcularis, om-  
„nino coerceri & compesci. Id vero  
„nos omnes, quantum in nobis quidem  
„erit, effecturi sumus, rogamusque, quot-  
„quot hic absunt, Gallicani Cleri di-  
„lectissimos Fratres nostros, ut idem  
„quoque pro virili præstent, ut sic idem  
„omnes sentiamus secundum Jesum  
„Christum & unanimes, atque uno  
„ore honorificemus Deum, & Patrem

Sæc. XVII., Domini Nostri Jesu Christi, ædifice  
A.C. 1654, mus Ecclesiam Dei: atque adeo nos  
 „ipsos, & eos, qui nos audiunt, co-  
 „ræque nostræ sunt ab ipso commis-  
 „salvos faciamus.„

## §. LI.

*Innocentii X. Papæ responsum, u  
 Franciæ Præsulum epistolam.*

*Collect. mo-* Summa animi lætitia Innocentius X.  
*nnum. Cler.* Papa literas Franciæ Præsulum per-  
*Gall. tom. I.* legerat, ac die vigesima nona Septem-  
*Argentre l.c.*bris ad universum Galliæ Clerum pau-  
 lopost in suis comitiis congregandum  
 sequentes dedit literas:

„Dilecti Filii nostri, ac Venerabiles  
 „Fratres, Salutem & Apostolicam Be-  
 „nedictionem. Ex literis, quas a vo-  
 „bis die vigesima octava Martii proxi-  
 „me elapsi ad nos datis, a venerabili  
 „Fratre Episcopo Lodevensi accepimus  
 „jucundum sane accidit, probari nobis  
 „luculentius vestræ pietatis Zelum in  
 „iis partibus obeundis, quas nos omni-  
 „bus Pastoralis officii Administris in-  
 „junximus, ut, qua par est, obedie-  
 „tia ubique fervari current Constitutio-  
 „nem nostram, qua die trigesima pri-  
 „ma Maii anni millesimi sexcentesimi  
 „quinquagesimi tertii damnavimus in  
 „quinque propositionibus Cornelii Jan-